



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Disputatio De Statu In Quo Sint Beatorum Animae Post
Hanc uitam, ante ultimi iudicii diem**

Dévay Biró, Mátyás

[Nürnberg], [1537]

VD16 D 1300

Propositio XXXVIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34195

PROPOSITIO XXXVII.

Omnium præterea mors & passio sanctorum est imago Christi.

CENSURA.

Passio sanctorum est satisfactoria. Colo. 1. Gaudeo in colof. 1. passionibus pro uobis.

CONDEM. CENSURAE.

Haec propositio superiori cognata est, hoc tantum admonendus est frater, Paulum nihil de satisfactione locutum. Singuli sancti singula membra sunt ecclesiae, & quis debet ebibere suum calicem. Quousque ergo aliquis sanctus mensuram suae passionis non expleuit, eousque deest siue superest passio Christi in carne illius, qui passurus est, in exemplum ecclesiae. Christus dedit nobis exemplum, ut nos sequamur uestigia ipsius. 1. Ioan. 1. Sanguis Iesu Christi emundauit nos ab omni peccato. Et Apo. 1. Vibice Christi sancti sumus ex æquo omnes, qui mortuus est unus pro omnibus. 1. Jo. 1. 1. oporal. 1.

PROPOSITIO XXXVIII.

Fides est duplex, generalis quam & daemones habent.

CENSURA.

Contradicit sibiipso, ponit ex se fidem non bonam.

CONDEM. CENSURAE.

DE fide iustificante satis. Quod autem duplex sit fides, altera

*fides duplex
Athanasij*

altera iustificans, altera magnum donum Dei, quo fiunt miracula. Non meum est somnium, sed Athanasij in commentarijs ad Rom. Generalis fides est, quā & dæmones habent, iuxta Iacobum: Et dæmones credūt. Credunt inquit, ergo necesse est eos habere fidem nō iustificantem, sed generalem. Poteram hac nota carere si dixissem: aliam infusam, aliam formatam charitate, uel ipse Calepinus poterat (quamuis & ipse Monachus) Fratrem ab hoc errore eripuisse, qui dicit: Interdum fides ponitur pro Dei dono, quo fiunt miracula. De hac fide loquitur Apostolus: Si habuero omnem fidem. Iam scimus signum uniuersale quo modo sumatur. Hic autem ex plaustris conuiciatur operista. Nobis inquit, una fides est, duabus eorum melior formata & informis. Fateor sane uos habere fidem generalem, formatam non nisi hypocrisis & fucō.

PROPOSITIO XXXIX.

ephe. 2.

Fides est gratia. Ephe. 2. Gratia estis saluati per fidem.

CENSURA.

Gratia est fides gratis data, sed non præcise, nam & prophetia est hoc modo gratia.

CONDEM. CENSURAE.

Grā ft

Ambros.

Gratia fauorem, misericordiam, & donum Spiritus sancti significat. Omnes Christiani sunt & fuerunt semper in gratia, quos pleno fauore Pater propter Christū dilexit. Cæterum fides donum Dei est gratuitū & gratum faciens. Sola enim fides facit nos gratos Deo, Ambros. Rom. 11. Gratia